Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



In illo t. Dixit symon petro ad ihm. Secm̃ Matheum
Ecce nos reliquimus omnia. & secuti sumus te. quid ergo erit nobis.
Ihs autem dixit illis. Amen dico vobis qd vos qui secuti estis me.
in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis
sue sedebitis & vos super sedes duodecim. iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres. aut
sorores. aut patrem. aut matrem. aut filios. aut agros propter
nomen meum centuplum accipiet & vitam eternam possidebit.

In purificacione sce marie

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchre dilectionis. & timoris. & magnificentie. & sce spei. In me gratia omnis vite & veritatis. in me omnis spes vite & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me. & a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis. & hereditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generationes seculorum. Qui edunt me adhuc esurient. & qui bibunt me adhuc sitient. Qui audit me non confundetur. & qui operabuntur in me non peccabunt. & qui elucidant me vitam eternam habebunt.

Secm̃ lucam

In illo t. Postquam impleti sunt dies purgationis eius secm̃
legem moysi tulerunt ihm in ierlm ut sisterent eum dno. sicut scr̃ptum est in lege dni. quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum dno
vocabitur. & ut darent hostiam secm̃ quod dictum est in lege
dni. par turturum. aut duos pullos columbarum. Et ecce
homo erat in ierlm. cui nomen symeon. & ho iste iustus. & timorat expectans consolacionem israel. & spiritus sanctus erat in eo. Et
responsum accepit a spiritu sancto non visurum se mortem nisi prius videret xpm dni. Et venit in spiritu in templum. Et cum in